UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Georgius M S. Pusinna V. S. Adalbertus Epis. 23. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S Georgius M. fortis Chr. miles A.D. 290. fere enituit inter mortales, quippe à Diocletiano carcere, grandi ſaxo, machina mucronib' armata, calceis candẽtibus ab igne, alapis & carnificina tentatus & animã ſuam, & Eccleſiã Chriſti ſponſã in monte ſitã ſeruavit tutatuſque eſt aduerſus ſævientẽ in perſecutore Satanam.

2 S. Puſinna Virgo Deo deuota, domo in paterna pijsſimè inſtituta cum ſororibus demum Corbeiæ ad S. Laurentij Sanctimonialis SS. numero acceſsit.

3. S Adalbertus Pragenſis Ep. ſucceſſor eius qui in extremis ſe vivum ad Inferos rapi conteſtabatur. Terruit ea vox omnes & ipſum Adelbertũ effecitq; ſanctum, ita in Epiſcopatu, & ſe & ſuos gubernauit, exteros etiam tum Hungaros tum Polonos in Dno adamauit. Obijt A. fere 997.

S. Georgius M S. Puſinna V.
S. Adalbertus Epiſ. 23 April.

Fortitudo animi.

Quia virtus ſibi conſtat, fortiter omnia vitia perſequitur, Ambr.

Deus qui nos B. Georgij M tui (S. Puſinnæ V S. Adalberti Epiſ.) meritis & interceſſione lætificas: concede propitius, ut qui tua per eum beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. per D. N. Jeſum Chr. F. t. &c.

Ora pro Captiuis, &c.